

Inde et ioseph pater est dicitur in euangelio. Bernh. tñ dicit puerum ihesum in triduo amissionis parentum absentia cum ceteris egenis medicasse in iherusalem. Hoc forte ex deuotione dixit. scz qd de buccellis dilecti ihesu pueri optaret percipere. augus. psal. xxxviii. dicit. Nunq̄ legisse xp̄s mendicasse. sup illo. Persecutus est in ope et mendicant licet sancte mulieres legant ei ministrasse. Luce. viii. Et aqua percit a la maritano. iohis. iiii. Igit simpliciter credendum est qd ihesus a duodecimo anno usq; ad xxx. cum parentibus mansit ministras eis usq; ad obitum ioseph. qui creditur an passionem xpi mortuus. ex quo Christus in cruce matrem iohanni commendauit. Hoc hic lucas occulte notauit dicens. Erat subditus illi. In alijs etiam operibus iustitie misericordie pietatis humilitatis et pacietie se exercuit in celis sanctis. In oracionibus ieiunijs et ceteris que vitam sanctam secularem honestare qualis postea precepit pater ipse fecit. qd cepit ihesus facere et docere. Act. i. Maria autem memorialis conseruabat generaliter oia ardent. qd in corde non erat vas confractum. in quo nihil potuit conseruari. sicut heu. mulier hodie ubi dei audiuit nihil reseruantes. sed erat archa dei in qua dei precepta et sancta doctrina

conseruabat. ad quam omnes rectum habebat. p. veritate declaranda. sicut sicientes ad fontem. Habebat enim in sinu pectoris sui thesauros opum et sermonum ab alijs absconditos que postea alijs communicauit. Hec in corde suo fouebat conserendo et creplando dulcis et diligenter seruando rumiabat. Ultima clausula ihesus proficiebat etate etc. De hoc dictum est in precedente euangelio igitur hec premissio. Hoc euangelium plenum doctrinis sanctis redundat quo ad partes respectu filiorum et conuerso. De celebratione festiuitatum. de uisitatione ecclesiarum. de amissione dei tempore prosperitatis et pacis. Sicut dauid tempore oculi cecidit in adulterium et homicidium. Et similiter salomontor desipuit tempore prosperitatis. Et quomodo reueneri debet flendo penitendo. et quomodo filij in moribus a bonis parentibus educari debeant. et proficere in virtutibus et sapientia et in parentum obedientia debeant perseuerare. Et alia plura que diligens predicator populo copiosius tradere potest. Qd ut nos ope compleamur concedere nob dignetur idem puer ihesus uerus deus et homo per secula benedictus Amen.

*Diuina sda p' euangeliū*